




# Limbburgensis Ducatus nova descriptio

<https://hdl.handle.net/1874/429045>

LIMBURGENSIS  
DUCATUS  
NOVA DESCRIPTIO  
Auctore  
ÆGIDIO MARTINI  
Anno Domini 1603.

Auctore  
ÆGIDIO MARTINI  
Anno Domini 1603.



S E P T E M B E R

## Ducatus Limburgensis.

Limburgensi permagna illa Silva vulgo dicta *Fangne*, sub brevibus Arbusis insigne venationis præbens delectamentum. Atque hæc dicta sunt quæ ad ipsam Civitatem, & Ducatum Limburgensem atinent. Ducatui Limburgico concenserit solent tres aliae Civitates, quarum quæque Comitus prærogativa nitet: ha sunt *Valckenburgum*, *Dalhemium*, & *Rolducum*, de quibus nunc ordine dicamus: *Valckenburgum*, Gallis *Fauquemont*, Opidum elegans, in territoriorum amplum & pagos aliquot jurisdictionem habens, tribus magnis Miliaribus ab Aquilgrano, & duobus minoribus ab Vitraecto dissidens. Territorium ejus fertilissimum est, leu ipsam Frumenti stationem, seu Pecudum pastum inspicias: a quo non procul Monasterium S. Gerlacis structura non minus quam antiquitate conspicuum visitatur. Ceterum Comitus Valckenburgicus occupatus fuit a Duce Brabantæ *Ioanne* ejus nominis 111, qui vi & armis illum Raynouto Valckenburgi Domino eripuit: qui cum esset homo molestus atque Trajectenses ad Mosam injuria & damno afficeret, a nominato Duce vixus & captus fuit. *Dalhemium* opidulum tenuerat, Arcem parvi momenti habens. Difstat Aquisgrano tribus Miliaribus majoribus, duobus Leodio. Erectum est in Comitatum; & aliquot Pagos & agros trans Mosam sub ditione sua habet. *Henricus* 11 ejus nominis Dux Brabantæ eo potitus est, terisque sui Dominij adiicit. Ad *Dalhemium* pertinet insignis Abbatia *Vallis Dei*, cuius Abbas inter primores illius territorij primas obtinet, & præter hanc alia Abbatia S. Crucis, *Rolducum* Opidum vetus cum Arce vetusta. Difstat *Valckenburgo* ad unum miliare, estque quartus status & jurisdicçio *Vitramosana*, habetque summum tribunal; sed inspectioni & reformationi Consilij Senatorij Brabantæ subest. Silentio non est prætereundus hic *Pagus Carpen* vulgo, inter Iuliacum & Coloniam, ad duo Miliaria majora a Rhenio dissidens. Opidulo par est magnitudine, Ecclesiasticam Collegialem, ut vocant, habens, & jus nundinarum ac Fori, quo plurima merces adveniuntur, & magna populi multitudine confluit: habet etiam vicinam Arcem munitam. Hanc anno c. 1518 *Gulielmus Nassavus*, Princeps Arausinus trajecto Rhenio cepit, & præsidio munivit. Hæc autem omnia simul collecta dominium non contemnendem conficiunt: quod a proprio domino regi solebat: Sed Duces Limburgi occuperunt sibi subegerunt: quamvis seorsum præfectum accipiat, qui una cum præsidio satis valido ibi dem commoratur. Totæ hæc ditione præter Mosam tres alios habet rivos, qui in Fluvios deflunt. *Beruinum* scilicet *Fluminis* alluens *Dalhemium*, *Gendam*, qui *Valckenburgo* jungitur, & *Wormam* præterlabente *Rolducum*. Ceterum tam *Ducatus Limburgi* nisi quam reliqui status & dominia modo dicta, tribus constant membris, nimis Ecclesiasticis qui primum constituant; Nobilibus qui secundum, & tertium superiora tribunalia & sedes judiciales complectitur. *Ducus autem Limburgensis* quinque districtus seu membra complectitur quas *Bancas* nominant, *Hervium*, *Sprendoniu*m, *Balenium*, *Walhornum*, & *Montzium*: quarum prioribus duabus Majores, tribus autem posterioribus Drosfardi Magistratus vice præsunt. Atque hæc de *Ducatu Limburgensi* deque locis ab eo dependentibus dicta sufficiant, ad reliqua transeo.

D V C A T V S  
L I M B U R G E N S I S .

A B E O Q V E D E-

P E N D E N T I A .



**V**CATV<sup>I</sup> Limburgensi, quem hæc Tabula exhibet, cuique a Metropoli Limburgo nomine est, conregionales ad Occasum Leodium & Traiectum ad Mosam, per celebres Situs. ambæ Civitates, ad Boream *Ducatus Iuliacensis*, ad Ortum Vrbis Imperialis *Aquisgrana* & *Monasterium S. Cornelij*, ad Meridiem *Comitatus Francimontius* & Aquæ *Spadanæ*. Totus iste Tractus ut æstate ob varietatem loci & oculorum aspectum est ju- *Cæli qua-*  
*cundissimus*; ita hieme admodum ingratus est. Toto enim illo tempore gelu horret, & litas. ob sui altitudinem quibusdam in locis nix magnam partem æstatis perdurat. Ager omnium rerum ad hominum necessitatem facientium (vino ob Cæli inclem tam excepto) feracissimus. Optimum enim profert *Triticum* & *Far* ex quo panem candiissimum con- *Soliferi-*  
*feracissimus*. Pascua saginando pecori optimas sunt, unde casei delicata saporis copiam habent; *litas*.

Herbas colligunt efficaces, tam morbis curandis, quam efi accommodas. Sulphuris item solum feracissimum est, per cuius subterranea vero simile est labi fontes calidos Aquisgranenses ab omni ævo mirabiles. Sicuti nuper in ijsdem partibus *Stanni* & *Plumbi* *Fodina* reperta est, argumentum non exiguum de inventiendi forte aliquando Auri vel Argenti ibidem incunabulus. Inter vero *Walhornum* & *Montzium* reperitur *Fodina* ejus *Lapidis cineracei*, e quo es sit, Medicinæ utilis, qui *Cadmia* Plinio & *Lapis aroso* non ita multum a Pyrite Lapide diversus. Verba Plini lib. xxxiv cap. 1 hæc sunt: *Fit & Æs e Lapiде aroso, quem vocant Cadmiam.* Et cap. x ejusdem libri: *Namque ipse lapis ex quo fit & Cadmia vocatur.* Germani *Cavalatum* vocant: officinæ *Climiam* & *Cathimiam* & *Lapidem Calaminarem*. Similis Lapis videtur inveniari in *Cypro Insula*: sed cis Alpes vix aliud præter *Limburgensem* alibi reperitur. Regio *Limburgensis* Comitus olim titulo duntaxat ornata, in *Ducatus* dignitatem evenata est Anno c. 15 Imperio clxxxi ab Imperatore Frederico cognomento Barbarossa: fueruntque hujus regionis Principes etiam quondam Maiorū. *Duces Lotharingiæ*. Tandem, *Henrico* ultimo *Limburgiæ* Duci sine Prole mascula defunctor, *Ioannes* 1 ejus nominis, Dux Brabantæ, successit anno c. 15 cc xcii. Hic tametsi antea legitime hunc *Ducatum* emerat, armis tamen sibi comparavit, vieto *Raymundo* Comite *Geldriæ* qui illum occupaverat: in quo prælio *Comes Geldriæ* cum Episcopo *Coloniensi* captus fuit: ceciderunt ex duabus *Henricus Luxenburgen*s Princeps, Fratres ejus tres, omnes socij *Comitis Galdrensis*. *Dux Ioannes* hac victoria potius Arcem *Woronc* vulgo dictam dirutum solo æquavit: atque ita ex illo tempore *Ducus Limburgicus* *Ducibus Brabantæ* cessit. Ex hoc *Ducatu* ejusque Principibus ex stirpe Lotharingiæ originem ducentibus ortus est primus Rex Portugallæ, *Henricus* videlicet, *Dux Lotharingiæ*, *Comes Limburgicus*, *Vir animo magnus*, manuque promptus: sicuti plenius & planius *Annales Hilpanicae* memorant, nosque in descriptione *Portugallæ* supra diximus. *Metropolis totius Ducatus est Limburgum* in alta rupe situm, undique prærupta & profundæ Valle munitum: natura magis loci quam humano ingenio ab omni parte inaccessum: nisi qua Meridiem spectat, ubi terra altius insurgens in immensum a Civitate ulque planicie paullatim descendit. Arcem habet hæc Civitas in parte decliviore qua Boream spectat, ex purissimo Mar more de genere Iaspidis communis, cuius solum ifud prope vicinum *Hevermont*, & alibi copiose fera est, conditam. Situs vero Arcis declivior murus videri non debet, tametsi alias Aræ altissimum clivum obtineat, intuenti potissimum loci suburbia, qualia & quanta olim fuerint, Civitate ipsa pene duplo majora. Proinde factum omnino est, ut *Arc* in medio consisteret, Civitati & suburbis utrimque dominatura. Idne recte factum sit nec ne, eminenti plus & quo potissimum Civitate, & dirutis suburbis, non ausim probare: Sed *Gastonius Spinola* Comes *Bruacensis* hujus *Ducatus* totiusque *Terræ Vitramosanæ* hoc tempore *Gubernator*, ne inde vim metuat Arci, insigni opere binas Civitatis Portas novas fecit, ad hostium vim non minus quam infidias eludendas apprime compostris. Aliuitur Civitas fluvio *Wefio*, qui insigni piscium genere fera est: *Trutas* vocant *Salmoni* sapore & magnitudine nonnumquam comparandas, cum ingenti copia *Cancrorum*, quos dictus fluvius vel potius rivos, nam hic æstare quandoque tota alveo exarescit, inter silices & fissuras seu rimas *Rupium*, pinguiser nutrit. *Huic Vbi* natalem siue debuit *Ioannes Fleminus* Civis *Antwerpensis*, vir doctus & Poeta insignis: atque eadem Cive gaudet *Rema-elio Fuschio* homine eruditissimo, qui multis libris variaque opera in lucem emisit. *Opidani* plerique Lanificijs dant operam, vimque magnam pannorum quotannis conficiunt, & in variis Inferioris Germaniæ Partes distribuunt. Prope Civitatem multum Ferri conficitur, habita ad hoc speciali fornace & officina, in cuius sumptus vix sex millia Caroleorum quotannis sufficiunt. Ipsa autem Civitas nihil habet quod ab ædificijs sit laude dignum. Parva enim est, duabusque tantum Portis pervia, & difficilis ascensu habitantibus. *Templum* habet unicum D. *Georgio* sacrum, cui præest proprius *Præpositus*. *Hanc Vibem* *Ioannes Austriacus* per ditionem occupavit, quum copias suas eo duxisset, Arce *Hende* illi antea prodita a quodam militum Duce. Qui eo loci præfectus erat, comedatus, pilas & pulverem tormentarium sibi postulaverat, cum rumor increbuisse, *Austriacum* cum exercitu ad urbem obsidem advenire, promittens Ordinibus, si ista reciparet, se omnem hostilem impetum repressurum. Missa omnia quæ postulavit, sed quæ jaclarat, non perficit: siquidem ad primum hostis appulsum in colloquium devenit, eique urbem nulla parata defensione tradidit. Non procul Lin. *Jurgo* extra tamen ejus ditionem versus Meridiem scaturiunt *Spadani Fontes*, celebritate sua nulli non noti. Inte. *cro Walhornum & Montzium* reperiuntur Colles vulgo dicti *Kelberghen*, a copia *Metalli* sive *Lapidis*, cuius supra mentionem fecimus, qui ex ijsdem copiosissime eruitur, nomen fortiti: ad quorum defensionem, & proventus conservandos jam dictus Comes Pro pugnaculum ibidem erexit. Sed incauto milite id ante annos aliquot combusserunt Batavi. Adjacet Civitati *Limburgensi*.

Vuu

Limburgensi,